

pater ingressus primo casu, jus patronatus in emptorem transfertur; secundo, non utique hujus sententiae fundamentum est in l. si mercedem, § 5. §. 1. ff. de action. empt. ubi ita in sepulchro decernitur, quod erat in fundo distracto; sic tenent Mantie, de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 15. n. 35. cum aliis, Moz. de contr. de nat. empt. & vend. n. 41. vers. Quid dicendum & alii apud Hermos. dist. gloss. 4. n. 11. vers. Sed nullus. At Negativa opinio veterior, ac magis communis est, quam sustinent ultra adductos per D. Covarr. in present. Salced. in addition. ad Bern. Diaz. regul. 401. ampliat. 3. vers. Ipse tamen. Tusch. supra tit. 1. conclus. 612. n. 9. 18. 23. Hermos. ubi proximè, in fine.

Verf. Tertio utrumque.

19 Hanc D. Covarr. doctrinam amplectuntur Hermosilla, & Salcedo ubi proximè, proculdubio vera erit, quando ita constitutum fuit jus patronatus, ut non alii quam fundi domino posset competere; quoniam tunc, ut sua natura fundo annexum, cum eo in emptorem necessarid transiret accessorie cum universitate, siquidem fundus quoad sibi annexa universitatem dicitur continere; l. fundus mihi est 3. ff. famul. eriscunde l. cum fundus, 10. ff. de l. 2. Hermos. n. 11. vers. Sed nullus. Ideo autem desideramus in constitutione juris patronatus illud annexum fuisse; nam magis placet, non posse privatam, propria autoritate ipsum fundo annexere; Hermos. num. 2.

Ad Num. 4.

20 De hac secunda questione consulendi sunt Mascor. dist. cap. 55. à num. Hermos. dist. gloss. 4. num. 6. Lambertin. part. 2. lib. 1. quest. 5. art. 14. Vivian. dist. lib. 4. cap. 1. à n. 4. Menoch. dub. 80. n. 6. 7. Ex quibus hæc vera resolutio esse colligitur, quod si per hæc verba: Vendo omnia bona mea, totum vendentis patrimonium universaliter verè distrahitur; & cum ipsa universitate, jus patronatus transibit, dist. cap. ex literis, at quando etiam si illa verba exprimantur, non totum patrimonium, sed genus quoddam bonorum venditur, ad quod se referunt contrahentes; vel si totum patrimonium alienetur, non universaliter, sed singulae res per se; eo casu, licet verbum, omnia; universitatem denotet; cum sit solum verbalis, non venit in venditione jus patronatus, nisi inter bona sic distracta reperiatr castrum, aut villa, cui illud sit annexum; quoniam tunc universitatem rei, cui adhaeret, subsequetur; prout contingit, cum per se castrum, vel villa distrahitur, quod omnes fatentur; de quo videndus est Vivianus supra cap. 4. à n. 16. ubi testatur contra D. Covarr. hic, Rotam decidisse, appellatione omnium bonorum jus patronatus comprehendi: & n. 19. & 20. de venditione agens, idem docet, ac communem esse opinionem ait. Contrariam tamen cum D. Covarr. magis frequenter sequuntur DD. ut ex præallegatis apparet, quam longissimè tenet Merlin. sup. n. 4. sed debet juxta præmissam distinctionem intelligi.

21 Quod autem dictum est vendito universo patrimonio, & jus patronatus in emptorem transire, est limitandum, quando patronus nihil aliud, nisi id jus in bonis habebat; aut si aliquid ultra haberet, sed ita exiguum, ut pretium potius pro jure patronatus, quam pro reliquo patrimonio constitutum censetur; Vivian. d. cap. 1. num. 11. Cardinal. in d. cap. ex literis, quest. 11. Roch. de

Curt. de jur. patron. verbo, ipse, vel is à quo, quest. 23. n. 42. Lambertin. supra, art. 15. Sanchi. d. dub. 80. num. 10.

Ad Num. 5.

Indefinita oratio ex vi propriae significationis non æquivaler universali, sed ex interpretatione, secundum subjectam materiam, & proferentis mentem, aliquando pro universali usurpari solet, aliquando non utique; Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 27. Fulgos. in l. juris gentium, §. sed si fraudandi, n. 2. vers. Nota ex hac parte glosse, col. 2. ff. de pact. & in l. si servitus, n. 3. vers. Nota secundum DD. ff. de servitut. urbanor. prædior. Guttier. ubi supra, Tiraquel. in l. boves, §. hoc sermone, n. 5. vers. Hinc prodit in 7. limitat. ff. de verb. signif. Pacian. d. lib. 1. cap. 35. n. 19. Menoch. d. conf. 173. n. 25. Cyriac. tom. 1. controv. 81. n. 4. Cravet. conf. 290. n. 4. Tusch. lit. S. concl. 86. n. 26. Corne. conf. 160. n. 6. in fine, Mantie. de tacit. convent. l. 7. tit. 5. n. 12. vers. Neque huic. Et licet frequentissime (ut D. Covarr. in present. DD. doceant, Universalis vicem ex benignitate indefinitam gerere, Patian. Tusch. & alii ubi proximè; hoc non semper verum est: nam quoties apparet de mente proferentis, quod indefinitam pro universali expresserit, ad hujusmodi equivalentiam nulla benignitas opus est; cum teneamur verba juxta intentionem dicentis intelligere, quoniam illa non ad significandam voluntatem inventa sunt quibus sensus semper est præferendus: Optimè Cicer. orat. 12. pro Aulo Cecinna, n. 53. ubi Voluntas, si tacitis verbis intelligi posset verbis omnino non uteremur, sed quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent: cap. humane 11. 22. q. 5. l. 3. §. conditio, ff. de al. mend. leg. l. si quis filium 3. C. de liber. præter. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. ult. num. 45. Menoch. conf. 803. num. 61. cum aliis, Cyriac. tom. 2. controv. 283. n. 12. Argel. de acquir. poss. quest. 8. art. 25. n. 50. Aug. Barbof. de axiomatib. jur. axiom. 222. n. 1. cum seqq. Mantie. de conject. ultim. voluntat. lib. 3. tit. 3. n. 9. Maximè cum indefinita apta sit absque impropietate ad universitatem significandam, si ea sit mens proferentis, licet eam præcisè per se non significet.

Neque obstat l. si servitus, 22. ff. de servitut. urbanor. prædior. cui commune interpretum dictum innititur, in qua speciali ratione humana interpretatio fuit necessaria; ut ex proximè dicendis constabit.

Ibi: Verum adversus hanc opinionem.

Secundum quæ venit intelligendus Ulpianus in l. 2. ff. de liber. & posthum. & omiffa Decii interpretatione, nec non quam D. Covarr. tradit; sapit enim vitium divinationis, dum præsupponit, quod ex textu non colligitur, videlicet, compertum fuisse: quem ex filiis velle testator exheredare; cum alioquin, si voluntas lateret, nulli de rigore juris posset exheredatio nocere, propter ambiguitatem, quæ omnem viciat dispositionem; l. duo sunt Titii, 30. ff. de testam. tut. l. in tempus 62. §. 1. ff. de hered. instit. l. cum ex pluribus 32. ff. de manum. test. Guttier. de juram. confirmat. p. 1. cap. 64. n. 1. Mantie. sup. lib. 8. tit. 4. num. 120. & de tacit. convent. lib. 12. tit. 12. n. 2. Salgad. in labyrinth. part. 2. cap. 9. num. 6. atque ita vel omnes censeri debebant exheredati, vel nullus; nisi de quo testatorem sensisse apparet; & hoc, secundum rigorem juris;

Relictis,

27 Relictis, inquam, prædictis interpretationibus: Dicendum est, illo casu, secundum juris regulas filios omnes fore exheredatione notandos; quia ubi æquè omnibus sub universali comprehensio convenit indefinita, universaliter est accipienda necessarid, l. si pluribus 44. ff. de leg. 2. ubi Bartol. Castren. in d. l. si servitus, Petr. Andr. Gammari. in tract. de extensio. ib. n. 43. Tusch. lit. I. conclus. 86. num. 2: Menoch. ex multis, d. conf. 173. n. 25. Guttier. dist. q. 83. n. 2. D. Covarr. infra h. cap. n. 9. quia non aliter potest interpretari voluntas proferentis, ut fortiatur effectum, quem alioquin impediret ambiguitas; & cum illa propositio indefinita: Exheredo filium meum: Omnibus filiis pariter conveniat, cuncti debebant ab hereditate removeri. Sed contrarium obtinuit, suadente benignitate in filiorum favorem, & odium exheredationis, quæ non est interpretatione adjuvanda, neq; ampliatione fovenda; l. cum quidam 19. ff. de liber. & posthum. cap. odia, de reg. jur. in 6. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. quest. 2. n. 1. Roland. conf. 59. n. 52. lib. 2. Ant. Gom. Variar. lib. 1. cap. 11. n. 12. Rota apud Farinac. conf. 105. n. 34. lib. 2. Quæ videtur aptus ad d. l. 2. intellectus, in illis verbis: Benigna interpretatione; de quo Spin. in specul. testam. gloss. 20. à n. 16. Gom. in rubric. inst. de actionib.

29 Quibus addendum est, quod in illo textu non solum benignitas, sed etiam juris ratio filios ab exheredatione tuebatur; quia filii sub potestate constituti non aliter possunt à paterna successione excludi, nisi nominatim exheredentur; l. 1. & per totum tit. ff. de liber. & posthum. §. 1. Inst. de exheredat. liber. Merlin. lib. 5. tit. 2. quest. 1. num. 1. Nominatim autem aliquid fieri dicitur, cum res evidenter demonstratur, nominatim, 24. ff. de manum. testam. sed cum pater inquit: Exheredo filium meum, non ostendit evidenter, se velle omnes filios exheredes facere; sicut quando exprimit: Omnes filii mei exheredes sunt; potuit namque de aliquo sentire, ejus nomen oblivione, vel ignorantia prætermisit, putans, non esse necessarium nominare illum, de quo cogitabat, quoniam omnibus notum erat, qui ex filiis de patre testatore malemeritus erat, ut exheredatione dignus esset: Tamen propter vim indefinitæ quæstio fuit dubia, in qua plerique benignè pro filiis responderunt, inutilem esse exheredationem.

31 Sic Ulpiano intellecto; facilis infer ut ad d. l. si servitus, nam illa indefinita: Ne luminibus officiatr non æqualiter congruebat futuris luminibus, ac presentibus: de his dubitari non poterat, quin stipulatione comprehenderentur, non sic de illis, ad quæ, ut incognita consensus non extenditur; Clement. ult. de rescrip. l. tres fratres 36. ubi Gloss. ff. de pact. l. non est serendus 12. ff. de transact. Tusch. lit. C. concl. 754. per totam. Aug. Barbof. in collect. ad cap. qui tacet, n. 12. de reg. jur. in 6. Alexand. conf. 25. num. 3. lib. 7. Bartol. in l. de certa C. de transact. Olafch. decis. 90. num. 16. Cum verò non est eadem ratio omnium, quæ sub Universali continentur indefinita universaliter non accipitur; sed ut particularis restringitur ad id, cui proprius, convenit; l. quæstio 76. §. illud fortassis ff. de leg. 3. juncta l. heres 98. §. 1. ff. eod. & l. 1. ff. de aur. & arg. legat. l. si cui lana 68. ff. de leg. 3. ubi lana legata, tincta non debetur, sufficitque differentia coloris, ut indefinita pro universali non cederet; nam si omnem lanam legasset testator, tiam tincta contineretur, cum utraque verè lana sit, l. pediculis 34. §. Labeo, ff. de aur. & arg. leg. sed si ex meis 26. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. atque eo casu æquipollere indefinitam Universali, negant Guttier. & Merfaria addit. ad Covarr. tom. 1.

noch. ubi proximè, D. Covarr. infra vers. Decimo, ab eodem, Tusch. d. conclus. 86. n. 29. 30. Fulgos. con. 75. in fine, & omnes communiter, unde constat, stipulationem luminum in d. l. si servitus, non potuisse futura lumina comprehendere ex juris rigore; atque ideò humanè fuit interpretanda mens contrahentium, ut contrarium decideret Pomponius, indefinita pro Universali usurpatà, de quo infra, n. 42.

34 Ex his apparet, nullo modo Consultos in illis textibus inter se diffidere, inspecta orationis indefinitæ differentia; nam Ulpianus agit de ea indefinita, quæ de jure debebat in Universalem transire, quia omnibus sub ea contentis æquè conveniebat; & ne transiret; benigna interpretatione fuit opus: Pomponius verò de altera diversa, quæ juxta juris regulas non poterat pro Universali cedere, cum non pariter omnibus comprehensio aptaretur: & ut cederet, humanitate uti necesse fuit perpèris rationibus; quas refert D. Covarr. infra num. 9. vers. Septimò colligitur, ubi de Pomponii mente iterum nobis erit agendum.

Ad Num. 6.

35 Logici; ad quos hæc præcipuè spectant, indefinitam, sive affirmativam, sive negativam in materia necessaria pro universali accipiunt, ut Homo est risibilis; æquipolleret illi universali: Omnis homo est risibilis: leo non est rationalis, æquivaleret: Nullus leo est rationalis. In materia verò contingenti pro particulari cedit, ut Homo currit, Scholasticus non studet, idem est ac, Aliquis homo currit, aliquis Scholasticus non studet, vide Arriagam ubi supra.

Ad Num. 7.

36 Indefinita negativa apud Consultos æquivaleret universali; l. 2. §. penult ff. de vera signif. Pacian. d. cap. 35. n. 17. Tusch. d. conclus. 86. n. 25. Bart. in l. si pluribus, num. 6. vers. Restat ergo, ff. de leg. 1. Geminian. in cap. ut circa, col. 3. vers. Tertio casu de elect. in 6. & hoc ex vi propriae significationis, Pacian. pluribus laudatis, n. 19. nam plus operatur Negativa ad negandum; quàm Affirmativa ad affirmandum; Menoch. conf. 1007. n. 12. ubi alii, Tusch. tom. 5. lit. N. conclus. 26. Marc. Ant. var. lib. 1. resol. 20. num. 7. Surd. decis. 245. n. 6. Tondut. resolut. civil. cap. 18. n. 7. quæ cum malignantis naturæ sit, quidquid post se invenit, destruit, & oppositum ponit; Delbene ubi supra, cap. 19. dubit. 11. num. 2.

Ad Num. 8.

37 Indefinita in lege posita cedit pro universali, est communis resolutio; Molin. de primogen. d. cap. 2. num. 21. Guttier. sup. num. 1. in fine, Menoch. conf. 16. num. 2. Sanchi. de matrimon. lib. 3. disp. 44. num. 2. col. 2. ad finem, quod limitat Molin. ibidem, num. 27. quoad personas lege comprehensas, nam cum debeat esse communis, l. 1. l. jura 8. ff. de legibus, quod in una persona, vel de uno homine indefinitè statuit, omnes universaliter comprehendit, Sanchi. ubi proximè; eam quoad cætera indefinita, ut ab homine prolata, juxta subjectam materiam, & Legislatoris mentem accipi debet; Bart. in d. l. si pluribus, n. 5. ff. de leg. 2. Dyn. in rubrica de regul. jur. in 6.

Verf. Quarto, hinc patet.

In Statutis etiam indefinita pro universali usurpatur, H 3 tur,



tur, secundum magis communem sententiam, Tusch. dicit. conclus. 86. n. 17. Roland. conf. 61. num. 28. lib. 3. Pacian. dicit. c. 35. n. 19. lit. L. Menoch. conf. 4. n. 28. & dicit. conf. 4. n. 28. & dicit. conf. 261. n. 2. Florian. in d. l. si servitus, nota. 2. n. 3. vers. An autem, Fulg. ibidem, Cecilian. in cap. ut circa, col. 2. vers. Secundo casu de elect. in 6. Quod debet limitari secundum quod de Lega proxime diximus. Sed cum indefinite verbum collectivum ponitur, ut populus plebs, & similia, indefinita pro universali in omni dispositione accipitur; Tusch. lit. 1. conclus. 87. per totam, Dian. conf. 17. num. 21, lib. 1.

Ibi: Eritque isthac sententia.

- 39 Extrat apud nos l. 22. tit. 1. p. 7. qua stabilitum est, ut si delinquens veniam ab adversariis in causa, in qua poena sanguinis esset imponenda, obtineat ante sententiam, ab ea liberetur; circa quam constitutionem dubitari Nosstrates, an sufficiat cum uno eorum ad quos vindicta spectat, pacem inire, ubi plures sunt haeredes, vel consanguinei offensi in eodem gradu; vel oporteat omnino consentire? & praeter opiniones, quarum in presenti, D. Covarr. meminit, est alia quae vult sufficere, ut major pars adversariorum consentiat; argumento l. & suum heredem, 8. ff. de pact. & l. fin. C. qui bonis ceder. post. Sed receptius est, omnium desiderari, nam quod omnes similiter tangit, ab omnibus debet approbari; l. fin. C. de auctor. praestand. de quo Greg. Lop. in dicit. l. 22. gloss. 6. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 3. num. 62. Morl. in expor. jur. tit. 1. q. 14. Cancr. variar. part. 2. c. 11. n. 69. Plaza in epitom. delictor. c. 46. n. 7. Jul. Clar. receptor. sent. lib. 5. §. fin. quest. 58. n. 14. Cevall. quest. 77. In quo est notandum, quod si extent liberi, & uxor occisi, sufficere cum illa pacifici, ut reus ab ordinaria poena liberetur, nam eadem filiis praefertur; Cevall. num. 6. 7. Flores de Mena variar. lib. 1. quest. 7. a n. 7. & si concurrant extranei haeredes, & consanguinei defuncti, illos esse praefereandos in remissione delicti, tenent Ant. Gom. num. 64. Cevall. num. 2. cum seqq. Padil. in l. transigere, n. 59. C. de transacionib.

Ad Num. 9.

- 41 Sic docent Guttierr. d. q. 83. n. 2. Menoch. d. conf. 173. n. 25. Pacian. d. c. 35. n. 18. Mantia. d. n. 12. Gracian. dicept. 341. n. 6. 7. qui plurimos referunt, & diximus alibi; sed hoc casu quando aequè convenit omnibus sub universali comprehensis Indefinita accipitur universaliter nõ ex humanitate, imò ex necessitate; quod planè probat. l. si ita relictum 44. ff. de leg. 2. ubi Pomponius quamvis in secundo casu in quo erat dubium, cum testator dixisset: Quantum unus haeres meus habebit, tantum Stichodari volo; mentem disponentis interpretatus sit in haeredum favorem? id facere nequivit, quando testator indefinite loquutus est; quoniam manifesta, ac certa erat voluntas, atque ita necessario contra haeredes respondit, quos valde oneravit accipiens pro universali indefinitam; quo casu nulla humanitatis ratio potest considerari; imò iniquum esset, tantum tribuere uni legatario, quantum omnibus haeredibus, nisi verborum vis ad id compelleret; de quo supra id num. 5. in principio, num. 2.

Verf. Septimò colligitur.

- 42. Quamvis asseruimus supra, ad n. 5. Pomponium

in d. l. si servitus, egisse de æquivalentia indefinitæ pro universali, sequuti D. Covarr. & alios, verius videtur, dubium illius textus fuisse, an dispositio, vel obligatio ad futura extendatur, si de eis specialiter non sit conventum? quæ dubitatio non absolvitur accipiendo illa Indefinita. Ne luminibus officiat, pro universali, ac si dictum fuisset, Ne omnibus luminibus officiat, Adhuc enim ambigi posset, non lumina, quæ non erant tempore contractus, sub stipulatione continerentur ex defectu consensus; quemadmodum sub donatione omnium bonorum, futura non veniunt, Menoch. cum multis conf. 496. n. 114. vers. Respondetur primo: Sic procurator constitutus ad omnia negotia, vel lites non potest agere, aut tractare futuras omnino, de novo ortas; Cevall. plures referens, quest. 498. Similiter qui hereditatem suam donat, non censetur bona futura comprehendere; Bartol. in l. quæstum, §. penult. ff. de legat. 1. Guttierr. de juram. confirmat. part. 1. c. 11. num. 4. Crot. qui communem dixit in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. Et generaliter consensus non extenditur ad futura, nisi verba universaliter adhibeantur, nisi jure ita cautum sit; ut in l. fin. C. quæ respign. oblig. pos. aut ex mente contrahentium colligatur, l. qui cum, 9. & ibi Gloss. in §. fin. verbo, transegit. ff. de transact. l. Aurelius, 29. §. 1. ff. de liber. legat. l. si stipulatus fuerim, 76. §. 44. l. si à colono, 89. l. cum stipulamur, 125. ff. de verb. obligat. cap. fin. de rescript. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 139. a n. 8. Melo de induc. debitor. q. 20. per totam. Huc respexit Pomponius in d. l. si servitus, dum ait humanitas motus, stipulationem non efficiendi luminibus, futura etiam comprehendere, adhaerendo magis menti contrahentium, quam verbis; ut in simili fecit Justinianus in d. l. fin. C. quæ respign. Quæ quidem humanitas valde fuit necessaria, quia de rigore juris aliud erat dicendum; non solum propter prædicta, sed etiam quoniam in re dubia contra stipulatorem est respodendum; l. veteribus 40. ff. de pact. l. quidquid astringenda, 99. ff. de verb. oblig. ubi Jason. n. 3. Menoch. conf. 179. n. 19. Unde inferitur, d. l. si servitus. nihil conducere ad questionem; an Indefinita equipolleat universali? Neque ullo modo Ulpiano posse refragari in d. l. 2. ff. de lib. & postum. cum circa diversa versentur: quæ interpretatio maximè comprobatur ex l. in lege 77. ff. de contrahend. empr. ubi venditione fuerunt exceptæ lapidicinæ, ubicumque essent, & tamen Labolenus decidit, futuras lapidicinas, si postea inveniantur, non comprehendi sub exceptione lapidicinarum, etsi per verba universalia fuerint exceptæ.

Et ne objiciat quis nobis ejusdem Pomponii verba. ibi; Humanitas est verbo generali omne lumen significari. Ex quibus videtur sentire Consultus sub verbo, omne universali ex sua natura etiam futura lumina comprehendere. Advertendum est, Consultum ex suppositione per verbum, omne lumen, futura significasse; nam cum egisset de presentibus, ac futuris luminibus, postea usus est verbo universali, quo declaravit, stipulationem ad omnia præmissa extendi, Videas supra n. 31. cum seqq. alium intellectum.

Verf. Octavò eodem pacto.

Ex dictis supra ad num. 5. pro intellectu hujus l. 2. ff. de lib. & postum. colligitur ejus vera decidendi ratio: quia pater filios, ut oportet, non exheredavit, scilicet nominatim: Unde etsi aliàs constaret velle omnes filios exheredare, vel unum certum ex illis, nihilominus nulli exhereditatio noceret, quia neque omnes, neque unum signo indubitabili evidenter

Verf. Decimoquintò, aperitur.

De intellectu c. quia circa, 22. de privileg. late si Barbof. in collect. ad illud, ubi plures refert, & nos infra, c. 17. n. 143. Quæstio autem non est de æquivalentia Indefinitæ pro universali; sed an remissio Decimarum extendatur ad futuras, quæ deberentur ex prædiis de novo Monasterio quæstis: quæ quæstiones inter se differunt, ut constat ex dictis supra n. 42. cum seqq. Neque enim ex eo quod indefinita pro universali accipiat, necessario sequitur, futura, & incognita comprehendere; quandoquidem neque ipsa Universalis ex sua natura talia complectitur, ut ibidem fufe probavimus.

Verf. Decimò, ab eodem.

- 46 Notandum est, quod auro vel argento legato, non solum rudis materia continetur, sed etiam quicquid ex eo factum in bonis testatoris reperitur, l. cum aurum, 10. ff. de aur. argent. legat. Menoch. conf. 49. n. 42. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 162. num. 28. Tondut. resolut. civil. cap. 13. n. 13. vers. Eadem ratione, atque ita indefinita, lego aurum, æquivalent universali, lego omne aurum; quamvis differentia sit inter contenta sub universali, ut inter massam auri, & annulos aureos, quibus Indefinita minus propriè videbatur convenire, quam rudi materia; quod est contra ea, quæ diximus de natura propositionis indefinitæ; hoc tamen provenit ex communi usu loquendi, secundum quem appellatione argenti, vel auri, veniunt quæ ex eo facta sunt, sicut ipsa rudis materia, & usus loquendi communis verborum proprietati præferendus est, l. Labeo, 7. §. 1. ff. de supellect. legat. l. librorum, 50. §. quod tamen. Casfius ff. de leg. 3. Molin. de primogen. lib. 1. c. 4. n. 36. Menoch. conf. 266. n. 63. Cevall. tom. 1. quest. 409. Felician. de censib. in proam. n. 30. in fin. Pareja de instrument. edit. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 90. Aug. Barbof. in collect. ad c. ubicumque, num. 4. in fine, de pan. in 6. Adverte tamen pecuniam argenteam, vel auream, auro, vel argento legato, non deberi; Menoch. & Tondut. ubi supra. Illius loquendi styli reddidit rationem Consultus in d. l. quæstum, §. illud furtiviss.

Ad Num. 10.

- 48 Indefinita affirmativa in testium depositione pro universali non habetur, quod secus est in Negativa: Cyriac. tom. 3. contr. 407. n. 65. Serd. dec. 263. n. 10. Pacian. d. c. 35. n. 20. cum seqq. Menoch. conf. 73. n. 16. Tusch. d. concl. 86. n. 31. Mascard. de probat. concl. 1205. n. 19. Ancherr. in rubric. de reg. jur. in 6. Marfil. singul. 171. Crot. in tract. de testib. part. 7. num. 99. vers. Duodecimò plenè, Natta conf. 164. n. 25. volum. 1. Quod fallit, si testis deponat indefinite super articulo continente universalitatem, tunc enim Indefinita pro universali habetur; Tusch. ubi proxime, n. 35. Mascard. num. 29.

Verf. Decimò ex his.

- 49 Non est omninò superflua distinctio Bartoli; nam quoties considerata mente proferentis, materia subiecta, adhuc dubium sit, an Indefinita pro universali sit accipienda, vel non; recurrendum erit ad odium, aut favorem rei, de qua agitur; atque ita Bartolum sequuntur Menoch. d. conf. 173. n. 27. & alii, alii, quos ipse refert Tusch. d. concl. 86. n. 28. Pacian. d. c. 35. num. 20. in addit. N. Jaf. in l. 2. num. 18. ff. de lib. & postum.

Verf. Decimotertio hinc colligitur.

- 50 Hoc nedum est ita in Affirmativa, sed etiam in Negativa, quæ ex vi propriæ significationis æquivalent universali, ut diximus: nam si ex æquivalentia resultat absõnus intellectus, Indefinita nunquam sapit naturam universalis, Pacian. d. cap. 35. num. 35.

AD CAPUT XIV.

De conditione, aut modo, donationi adjecta in favorem Tertii.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio perfecta dicitur, cum ad libitum donatoris nequit revocari.
- 2 Ad perfectionem donationis inter vivos acceptatio desideratur.
- 3 Post acceptam donationem modus, aut conditio et adjecti non potest.
- 4 Fallit, si in continenti adjectur.
- 5 In conjunctis ordo non attenditur.
- 6 Qui de interpretatione. 1. quoties 3. C. de donat. q. sub mod. scripsere.
- 7 An in obligationibus, qua re contrahuntur, alteri per alterum actio jure civili queratur?
- 8 Lex juris antiqui correctoria non extenditur ultra casum in ea expressum.
- 9 Hodie jure Regio alteri per alterum actio queri non prohibetur.
- 10 Secundus donatarius in casu d. l. quoties, dominium, aut possessionem sine traditione non querit.
- 11 Quid de jure Partitarum? refertur Affirmativa.
- 12 Negativam qui sustinent.
- 13 Explicatur l. 1. C. de donat. quæ sub modo.
- 14 L. tit. 4. p. non est correctoria juris communis.
- 15 Donatio Ecclesie facta; modo adjecto, si non impleatur, agitur ad implementum, nisi expressum sit, ut modo non servato revocetur.
- 16 Donatio prædicta non revocatur ob omissionem Prælati solius, qui modum non implet.
- 17 Modo non impleto, qui fuit causa finalis donandi, donatio revocatur; non si impulsiva, quia solum agitur ad implementum.
- 18 Modus appositus in donatione facta Ecclesie, ipsius favore causa impulsiva censetur.
- 19 Ad revocandam donationem ex l. 1. C. de donat. q. sub mod. dominium probare oportet.
- 20 Mora quæ requiritur ad revocationem donationis ob modum non impletum, purgari potest.
- 21 Ad revocandam donationem ex d. l. 1. mora non est opus.
- 22 Utrum in specie d. l. quoties, liceat revocare pactum in favorem Tertii post acceptationem principalis donatorii? traditur sententia negativa.
- 23 Refertur affirmativa.
- 24 Hac approbatur, & enucleatur.
- 25 In casu d. l. quoties, nullum jus queritur secundo donatario ante ipsius acceptationem.
- 26 Explicatur l. 1. ff. qui sine manum. ad libert. pervener.